HER. CAR. & MARG. DVCISSA. Tutores Ill.mi dni Ducis Mantuae ecc. Hebreos foeneratores in hac Urbe toleramus pro cōmoditate, utilitateq; subditorum, qui pecunia numerata interdum indigentes non inueniunt qui gratis eam sibi mutuare uelint, idq; eo facilius toleramus quo foenus leuius exigitur, Idcirco cum Isaac de Massaran hebreus Mantuae habitator obtulerit se foenori uiginti tantum pro centum singulis annis mutuaturū, cum ceteri uigintiquinq; pro centum exigant, si ita foenerandi publice in hac Urbe licentiam sibi, et duobus alijs socijs hebreis dare uelimus: eamq; a nobis petendam curauerit ei annuendum duximus, quippe qui subditorum, quam in hoc uidemus, utilitatem maxime desideramus, Toleramus itaq; et permittimus ut p.tus Isaac et alij duo eius socij hebrei erigant, aperiantq; unum Bancum ultra quatuor iam diu erectos in hac Urbe, in eoq; publice foenus exerceant, exigendo tantum pro foenore uiginti pro centum singulis annis et in ratione anni, Concedimusq; eidem, tenore p.ntis Decreti uigore nri arbitrij absolutaeq; potestatis quibus Tutorio noīe publice fungimur in hac ciuitate Mantuae totoq; dnio ducatu, et districtu, ex certa quoq; nri scientia, et animo bene deliberato ut in ceteris omnibus, et quibuscunq; preterq; in quantitate foenoris exigendi, ipse et eius socij utantur, fruantur, et gaudeant omnibus, et quibuscunq; cōmoditatibus, immunitatibus gratijs et priuilegijs cum honoribus, et oneribus quibus alij foeneratores siue Banchierij hebrei Mantuae utuntur, fruuntur et gaudent. Volumusq; etiam ut obseruent omnia alia quae ceteri foeneratores p.dicti tenentur obseruare, Mandantes quibuscumq; Iusdicentibus, et officialibus ducalibus p.ntibus et futuris q.s hoc p.ns nrūm Decretum, quod ad nostri beneplacitum ualere declaramus, omniaq; et singula in eo contenta obseruent, et quantum eis meritis p alios obseruari faciant inuiolabiliter, aliquibus in contrarium facientibus non obstan.tibus quibus obstantibus aut quouis modo obstare ualentibus in quantum obstarent uel obstare possent de p.ta nri scientia, et auctorita[illegible]amus, et derogatum esse uolumus, et mandamus etiam si talia forent de quibus hic mentio specialis habenda esset uel fieri debuisset In quorū fidem et robur hoc p.ns nrūm [illegible]um fieri et registrari iussimus, maiorisq; ducalis sigilli impressione muniri Datum Mantuae xxiiij Maij M. D. xlij. ~

Hier.s Lucen.s

R

Car. Maltas

Olympus Zampus Secret.s ad man.ti dnor. Tutor.
ex relat.e M.ci dni Jo: Iacobi Calandre Secret.i
subs.it



Calandra

Horat. Scop. Con. et Audit.

Decreto di banco feneratizio
1542

Decreto di Banco
feneratitio
1542

1542